



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarragonensis Dialogorum  
Libri Duo de emendatione Gratiani**

**Agustín, Antonio**

**Parisiis, 1672**

Naenia In Obitvm Antonii Avgvstini V. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**



NÆNIA  
IN OBITVM  
ANTONII AVGVSTINI  
V. C.

**S**ICCINE me linquis, superum jam sede receptus,  
Antoni? O nimis hoc flebile discidium!  
Ut colui usque senem sincero pectore, campos  
Sic utinam accedam fidus ad Elysios.  
Æternæ ergo mihi lacrymæ, si vita manebit,  
Dum veniente die, tēque abeunte voco.  
Namque jaces flos ac decus ævi, utriusque & ocellæ  
Hesperiæ, qua Sol occidit atque oritur.  
Vixisti, antiqui ô juris legumque sacerdos.  
Iustum & cana fides deseruere solum.  
Lugete, ô Celtis miscentes nomen Iberi.  
Namque ferent, vereor, secula nulla parem.  
Sítque super tumulo, Pario de marmore, carmen,  
A sera dignum posteritate legi:  
Hic situs est Antonius; heic, augusta pererrans  
Templa Dei, & volitans docta per ora, jacet.  
Carpe, viator, iter. Cineres, dic, omne fausto,  
Dum lux illa venit judicij, urna tenet.  
Annua dum facies, persolvens justa, parenta:  
Manibus hasce pij mittimus inferias.

AND. SCHOTTVS  
ἐκ τῆς ἀρχαῖας μητρὸς.

Ηελίω, σιφίας τε δειπνού ΑΤΓΟΤΣΤΙΝΩ:  
Σῆμα κερὸς Σχόττος τεῦξε χειζόμενος.

R r iij